 nalis non proprie obligetur nisi per notificatio-
 nem qualiter predictam. apparet. quod nisi sic dicatur
 esse possibile naturaliter fatuos et insensatos
 obligari. imo nulla videretur ratio. cur non
 etiam brutis talis obligatio posset imponi
 cuius transgressio esset impurabilis ad penam
 aut premium quod nullus concessit. Non negamus
 tamen quod res quilibet indispensabiliter
 tendat in deum in quilibet relex quaedam inue-
 nitur / prout dicitur **B**asilium in suo hexame-
 ron et sequatur et ambrosius in simili libro. quod
 voluntas dei lex nature est. **E**t boetius hunc
 hysum loquendi in pluribus. et commentator di-
 cit naturam agere tanquam rememorata ab age-
 te infallibili. **S**i quis obijciat de puulis
 quos obligant deus ad baptismum suscipi-
 enda. et taliter quod in utero materno si mori-
 antur absque hominis baptismo quem constat eos
 non solum ignorare imo nec habere posse da-
 nabuntur. **R**espondeamus quod nec ibi est preceptum
 quale loquimur. cuius transgressio scilicet impu-
 tetur ad culpam nouam actualem. **S**ed est ibi
 quoddam statutum diuinum. quo non obserua-
 to non redditur hereditas in ad amissa.
Et quod protinus eliciendum videtur correlarie quod
 nulla creatura rationalis potest esse indigna
 deo. tanquam proprie peccatrix. absque omissione
 nevel omissione libera rei illicite. ad cuius
 oppositum erat obligata. **O**bjiceret aliquid
 de policia humana quod a diuina exreplata est.
In illa enim quibus ligantur ignorantes in eis quod
 iuris sunt. **R**espondeatur quod nullus quod per ignorantiam
 inuincibiliter sufficenter allegare. potest transgres-
 sor legis appellari. neque quod ad deum. neque quod
 ad homines. **P**lerumque tamen presumunt apud homines

Sum si meminerit...
 gauru pro vno...
 ins trati...
 primis...
 vram facit...
 para et...
 prima...
 de pauper...
 vna beata...
 phicrom ad...
 dms est...
 Si pterea...
 mor ipi...
 boreuio...
 tam...
 nocetur...
 exenat...
 puas...
 co...
 sunt...
 dunt...
 p...
 sus...
 D...
 telic...
 de...
 ta...
 in...
 p...
 cu...
 euolue...
 p...
 plures...
 alio...
 bu...
 ta...
 p...
 dacio...
 vir...
 dei...
 on...
 scilicet...

De vita spirituali anime

aliq̄s esse sciens. q̄ nō potest iuridice per
testes iustā sue ignorātie causam assigna
re. propterea condēnatur aliquādo p̄ ho
mines ille q̄ vere innocēs est ap̄d deum.

Seq̄tur statim ex his q̄ apud faciētem il
lud qd̄ in se est nulla est ignorātia inuinci
bilis/neq̄ iuris neq̄ facti in lege diuina.
vel agens ex ignorātia tali nunq̄ peccat.
Primā ptem tenuerūt doctores excellen
tes vt wilhelmus parisiē. Cōtra quos
sunt valide rōes p̄fertim de ignorātia fa
cti. nā z in talibz ecclia etiā fallere potest z
falli absq̄ pctō. vt cōcubir⁹ iacob cū **L**ya
nō inculpat/z ita de similibz. Pro pte al
tera sunt alij vt wilhelm⁹ anthiodoren⁹
q̄ talē ignorātia iā p̄fertī facti aut iur⁹ hu
mani dicūt posse cōtingere z eā insup ca
rere peccato. Et eas similt⁹ actiōes nō esse
culpabiles que pueniunt ex ipsa. z hoc fit
q̄ si nō esset ignorātia talis/ nō fierēt hu
iusmodi actiōes secus vbi agēs nō minus
efficeret id qd̄ agit ignorātia tali nō extā
te.

Deniq̄ dicitur signum vey qm̄ signa
falsaz si ligare qn̄q̄ dicatur de p̄ accūs. vt
cōscientia erronea. nihilomin⁹ de p̄ se z p̄
prie legis obligatorie vim nō habēt.

Subiungit̄ in descriptōne signū reuelat
tū creature rōnali. Etenī sola rōnalis crea
tura obligabilis est. q̄ sola capax est diui
norū preceptorū. cū subiectōne. Vñ pos
set esse aliqua creatura rōnalis non eleua
bilis ad cognitōz hmōi. vt infantes sunt
de facto pro tēpe nō eleuati. ideo nō obli
gati/ aut si esset capax z si nō esset subiecta
deo quemadmodū sp̄s sc̄tus nō est subie
ctus patri z filio. a quibz pcedit⁹ cognitō
nē immēsam accipit. talis nō eēt p̄prie ob
ligabilis. Et quoniā precepta diuina pro
ut ordināt ad deum vt beatificatiō est/ co
gnosci nō p̄nt a creatura rōnali ex solo lu
mine naturali. necesse fuit cōcurrere reue
latōem quocūq̄ mō fieret/ siue p̄ angelos
siue p̄ hoīes/ siue p̄ internā illustratōnem
sicut apls loq̄tur de phis/ quibz dicit fuis
se reuelatū illō qd̄ occultū est dei. Sic eī
sentiūt doctores q̄ nemini deesset de⁹ in
quocūq̄ loco poneret qui faceret qd̄ in se
est vt dō scz bñ donis iā habitis. qn̄ eum
de necessarijs ad salutē diuinū⁹ illustraret
sicut dicit petr⁹. **A**ctu **S**eq̄tur in descri
ptiōe q̄ est notificatiō diuine rōis recte
volentis teneri illā creaturā vel ligari ad
aliqd̄ agendū vel nō agendū. q̄ fit a q̄bus

dam questio q̄ sit rō obligatoria in deo vt
recta ratio vel volūtas. **P**onit̄ hic vtrūq̄/
quia nec recta ratio sine volūrate. nec eōs
tra sunt in deo obligatōis cōplementum
Preterea q̄ntūcūq̄ notificet volūtas sui
superioris/ nisi p̄ illā velit ligare nō p̄surgit
obligatio. scdm̄ deductiōem durādī i hac
materia vbi querit an teneamur in oibus
cōformare volūtatē nostrā volūtati diui
ne **S**i enī fortes leuat festucā. scit theolo
gus. q̄ hoc deus vult z ita de quocūq̄ esse
ctu qui p̄ducit. **N**ō oportet tñ vt videt⁹
theolog⁹ talis obliget velle sili. q̄uis forte
in his que pctā nō sunt. teneat non sedisi
formare remurmurādo aut cōtranitendo
volūtati efficaci dei plene cognite. quē ad
modū forte wilhelm⁹ anthiodoren⁹ alij
sentientes oppositū prioris sentētie intelle
xerūt **A**ttamē hec cōsequētia nō valet **I**ta
volūtas est iustissima. vel ista inclinatio
tendētia sunt rectissime. vt puta inclinatio
nes naturales ergo p̄formās se p̄ actum li
berum talī volūtati aut inclinatio in reuo
luta. aut in obiecto ad qd̄ est inclinatio. nō
q̄ peccat. **S**tat enī q̄ deus p̄ceptū ad op
positū dederit vt q̄ actuali volūtas nihil
eliciat. **F**atemur tamē q̄ si acc⁹ elicit⁹ esset
oīno talis. q̄lis est act⁹ natural⁹ ille nunq̄
eēt difformis. **N**ā hoc claudit repugnati
am. sed hoc dicere. vel paz vel nihil est.

Etandē subinfert̄ in descriptōe p̄ dignifi
catiōe ad eternā vitā cōsequendā/ z dāna
tionē euitandam. **D**emini me legisse in
Durādo q̄ si nulla fuisset facta reuelatio
homī de sua beatificatiōe supnaturali aut
damnatōe. nō incurrisz pctm̄ facies sc̄p
sum reū dānatōis eterne. z ita nullū fuissz
pctm̄ mortale. **H**oc dictuz de lege statuta
veritatē habere videt⁹ sed de possibili neq̄
q̄. **N**ōne videm⁹ q̄ dans opam rei illicite
p̄t ad penā hūanarū legū q̄uis sibi prius
incognitā iudicari. **E**t q̄qd̄ sit tñ de possi
bili ita de facto se res bz/ oēm obligatōz
diuine legis ap̄d viatores ad finē tendere
vt dignificet homo ad vitā eternā. z infer
nalē mortē euitet. **I**uxta qd̄ saluāt aliqui
nō iprobabil⁹ q̄l⁹ ap̄d dānatos vel brōs
non sunt leges p̄ceptiue. q̄les loq̄mur. ad
quas scz volūtas diuina velit teneri salua
tos aut dānatos sub nouis p̄mjs aut poi
nis/ q̄ in saluatis nō est necesse **I**n q̄bus
maxie habz locū illō apli **I**usto nō est lex
posita/ z in dānatis eēt inutile. **A**lioquin

dicendum est vt videtur damnatos continue mortaliter demereri. Quauis autem dignificatio ad vitam eternam precipue cōsurgat a deo dignificāte. vt a causa sup̄mar dñan/ tissima. sicut et lex q̄libet a priā lege p̄fluit vt emanatio q̄dā lūinosa. Nihilomin⁹ di gnificatio formalis fit p̄ grām seu caritatē. et meritoria p̄ actōem bonā p̄ceptorum impletiā. ad p̄cipiētis intentōem quā ex plicauit cū ait. Si vis ad vitam ingredi. ser uā mādāta. Si nō erram⁹ in describen do legē p̄ceptiā tā affirmatiuā quā ne gatiuā put nō errasse putam⁹. apta est no/ bis via nō mediocri/ ad p̄gendum q̄ tendi m⁹ plurimū q̄ lucis allatu est aciei nostre mētis ad inferendum p̄gnoscēdūq̄ seq̄ntia

P

Correlariū primū. Nō ideo dicitur aliq̄ lex appropriata vel pure de iure diuino. qz ad illā obligat de⁹. Facilis est declaratio. q̄ niā sicut nihil fit absq̄ deo causante. et ni hil est vtz absq̄ priā veritate. Nā ois sapi entia a dño deo est. Nihil p̄terea bonū abs q̄ priā bonitate. nihil pulcrū neq̄ suauē/ et ita de alijs put lectio p̄cedēs diffusi⁹ oñ/ dit. Ita ois obligatio cassa est nec alicui⁹ roboris vel momēti. si nō a deo ipatore su p̄mouires habuerit. Nō est p̄tās nisi a dō inq̄t apls. verūm nec ois effect⁹ dicitur approp riate diuin⁹. nec ois veritas p̄tinet ad fi/ dē. nec ois bonitas ad adoratiōem. Cur nō sūt poterit esse obligatio aliq̄ a deo / q̄ nō ob h̄ appropate spectabit ad legē dinā

Correlariū secundū

Non iō p̄cise dicitur aliq̄ lex dina seu de iur/ rediūno appropriata. qz illā creatura rō nalis p̄ reuelatiōem accepit. Itaq̄ fieri p̄t sicut in antiq̄ lege teneo fuisse in plurib⁹ / q̄ deus reuelēt et tradat imediate aliq̄s le/ ges p̄ solo regimie politico et ciuili. quē ad modū de ordinatiōe leḡ israhel de taxatō ne penaz ciuiliū et similiū dicere/ et tales appellantur a doctorib⁹ leges iudiciales. qz tñ leges tales nō imediate et directa in/ tentōe ordināt in finē vltimū et sup̄ natura lē. deficit vna cōditio descriptōis aūdicre

Pro cui⁹ elucidatiōe et vt dicti h⁹ rōna/ bilitas maḡ innotescat/ aduertēdū est q̄ hō q̄ subsistit ex duplici substātia. vna spi rituali etna dinaq̄/ alia corpali et mortali duplicē h̄z finē. vñ sup̄naturalē. aliū na/ turalē q̄ hūan⁹ p̄ndici seu politic⁹ et ciuili s

ges a deo p̄porcionate ad finē illū/ de qb⁹ noster est principalis sermo. et illas appella m⁹ appropate dinas seu theologicas seu de iure diuino. quē ad modū nō oēs virtu tes sed eas dūtaxat q̄ ad deū imediate diri gūt. theologicas et diuinas noīam⁹ fidem spem atq̄ caritatē. P̄inde ad p̄sequēdū finē alterz q̄ hūan⁹ qñq̄ dicitur. qñq̄ ciuili et politic⁹. leges alie late sunt. et vt plimuz p̄ hūanā inuestigatiōez iposite. Ille vero q̄/ uis ordinēt finalr ad finē b̄titudinis eter ne sicut ea q̄ corpis sunt et corp⁹ ipm̄ p̄pter aiām factū null⁹ ambigit/ eas nihilomin⁹ dinas neq̄q̄ dicim⁹. alioq̄n leges et regu las medicine q̄ pacto nō esse dinas cēsebi m⁹. Ille siq̄ dē respiciūt sanitatis armoni am et viuacitatē sensuū itegrā. quib⁹ lesis nōnē aiā ab vsu virtuosoꝝ actūū dinoz. i pedita tot p̄scerz. Illas tñ leges seu regu las eē de iure dñi nōdū q̄s dicit. q̄uis testet sapiēs medicinā ab altissimo creatā q̄uis deniq̄ sint in ea vel eē possint cōclu siones plime p̄ reuelatiōz magis q̄s p̄ hūa nā inuestigatiōez infert. P̄spiciū est igi tur arbitratu meo/ legē aliquā nō idcirco dici appropriatē de iure diuino. qz deo re uelate suscepta est. Dmōi at correlarij co gnitio/ p̄dest nō parz ad elucidatiōz mate rie p̄ntis/ tā circa legē antiquā/ q̄ i noua.

Correlariū tertium

Circa qd̄ deducit vltim⁹ q̄ nō oēs cano nes summoꝝ p̄tificū vel decreta/ sunt de lege dina. p̄ hoc ex radice p̄missa/ q̄uis alie nō desunt iseri⁹ assignāde. Sūt itaq̄ plures h̄mōi canones ad politicā solū cō/ uersatiōez accōmodati. Ex si dicat aliq̄s. Nōnē bona ecclie oia spūalia sunt. qz spi ritualitatē respiciūt et ad spiritualitatē indu cūt. Rñdem⁹ sub alia distinctiōe/ q̄ in poli tica p̄uersatiōe hoīz/ sicut sunt qd̄ā specia liter deputati et dedicati ad obsequēdū deo q̄ anthonomatice eccliaistici dicūt seu reli giosi. Alij q̄uis ad deū tendāt. qz tñ suuz magis est officiū tractare ea q̄ sunt secula/ ris policie. iō seculares noīant⁹. Nō aliter dicūtur bona primoz eē spūalia. licz sint res mere tpales. et corp⁹ p̄seruātes sicut in alijs. Sili rōe leges ordinātes eccliaistica policia dicūt p̄terū q̄ spūales seu diuie q̄ uis iproprie. et alie ciuiles et hūane. Et hoc loco fallūt et fallūt crebro qd̄ā cano nistarū/ p̄seri in materia quā tractauim⁹

De vita spirituali anime.

De symonia vbi spūalia iudicāt illa que eē carnalia z materialia nullus nescit. **C**orrelariū quartū. **L**ex aliqua non ideo dicitur diuina appropriare/ qz ex picipijs iuris diuini deducit. **P**rio. quia sicut omne verū omni vero cōsonat. sic oīs lex qn/ tuncūqz positua z hūana cōsonat diuine legi. imo et ea deducit/ saltē a deo z bñs. **A**mpli^o/ nulla est lex q nō innitit pncipijs istis. deo iubenti obediēdū est. **A**utorisatis a deo parendū est. **S**uperioribus suis in eo qz superiores sunt nō est inobediēdū/ et ita nulla eēt lex pure humana. cōtra id qd veritas hz z vsus cōis. **E**t pro manu ductōe capiam^o sile in eis q dicitur fidei. **N**on enī fidei ascribim^o oēm veritatē. que sequi p̄t ex veritatibus cōtēntis in sacra scriptura. **S**ed illas tantūmō veritates sibi dam^o que specialr reuelate sunt/ z date ad credēdū/ p bñtudinis sine p̄sequēdo. **S**ci m^o insup q nō oīa q p summos pōtīfices imo nec p eccliam approbata sunt. eē censent de fide. alioqn obligarēt ad sui credulitatē opuscula scōz oīm doctoz q p eccliam approbant/ sicut de multis exp̄ssus est in decretoz distinctōibz. **H**oc autē dici neqz qre nec oīs lex appellabit de iure diuino. quā tulit vel summ^o pōtīfex vel ecclēsiā vel princeps qlibet autoritatē habens dei in subditos. **S**i vero q̄r nūer^o veritatū talū q approbate sunt de fide. **R**emitto nūc ad ea q tractauit ockā i suo dialogo. libro. ij. q̄uis aliq. p incidentalī declaratione sum diciturus.

Correlariū quintū.

Sequitur ex p̄cedētibus coassumptis quibus dā veris/ q eadē lex dici p̄t de iure diuino z naturali/ z hūano seu posituo. s; alia z alia rōne respectu diuersoz. **E**t quidez qlis est legis diuine ratio dictū est. **L**ex vero naturalis p̄ceptiua talē hz rōem. qz est signū inditū cui libet hoī. nō impedito in vsu debito rōis notificatiū volūtatis diuine/ volētis creaturā rōnalē hūanā teneri seu obligari ad aliqd agendū vel non agendū. p p̄secutiōe finis sui natural. qui finis est felicitas hūana/ z in multis debita p̄uersatio domestica. z etiā politica. hō enī natura aīal ciuile est. **L**ex hūana siue positua p̄ceptiua pure z appropriare/ describit qz est signū verū hūana traditōe z autoritate immediate p̄stitutū/ aut qd nō

infert necessaria deductōe ex lege diuina z naturali. ligās ad aliqd agendum vel nō agendū/ p consecutiōe finis alicui hūani. **S**i q̄s p̄ticularas harū descriptionū dīscurrat/ agnoscat tū differētes rōes triplīcis h^o legis. tū p̄ueniētiā in re eadē. **E**t quidē lex diuina differt a ceteris in duobz specialiter. **P**rimo. qz innitit p̄ncipaliter reuelatōi diuine. lex vero naturalis innitit dictamī rōis qd est insitū cui libz homini nō impedito in vsu debito rōnis qd impeditū fit aut p imersionē cū sensualitate nimia/ aut per lesionē viriū naturalū sensitūaz. aut p deprauatōz radica toz virtioz z consuetudinū p̄uersaz. **L**ex autē hūana p̄ncipalr innitit traditōi humane aut q̄si hūane/ et hoc q̄si hūane dicitur m^o p̄pter illas traditōes pure iudiciales/ quas p moysen dedit dñs/ z q nō innitit p̄ncipalr reuelatōi vt reuelatio est/ nec ex reuelatōe/ aut ex dictamīe pure naturali cōueniēti deductōe paterēt apud oēs/ si nō accederet superioris alicui^o determinatī autoritas. **E**xemplū de ista lege. **P**riniceps in hac terra cōstitutus est p successiōe hereditariā. p̄ncipi dabit annuatim mille talenta auri p tributoz siles. que nec deducuntur apte ex veritatibus legis diuine z naturalis. nec tamē illis cōtradice cognoſcunt. alioqn ille nō tam essent leges dicēde q̄ seuerz inique tyrāides z veritate carētes. **S**cōda differētia legis diuine ad naturalē est. qz lex diuina p̄ncipalr respicit finē spiritualē. lex naturalis naturalē/ hūana vero lex p̄t ad vtrūqz dirigere p̄pter distinctōem q̄ data est in tertio corollario de canonibus summoz pōtīficū. quozū alī qui sunt pure hūani/ respiciūt tū imediatē finē supnaturalē bñtudinis sempitēne. **D**is declaratis patz scōda ps correlariū. **S**z primā manifesto noiatum de hoc p̄cepto nō furtū facies. **N**ā z a deo reuelatū ē ad consequēdū finē vltimū. z insitū est cui libet hoī nō impedito in vsu debito rōis ad consequēdū finē naturalē. **N**ihilomī respectu quozūdā hoīm ipeditozū in vsu debito rōis. potuit repeti tanq̄ hūana tm̄ autoritate latū eēt/ q̄uis n̄ debeat simplīter hūanū noīari. **E**x hoc nihilomin^o p̄t qz apd aliq̄s excellētis ingenij et multarū litteraz. sicut p̄t vna p̄positō dici fidei p̄prie. q nō spectat z ad fidē explicitā explicitā alteri. **I**ta de legibus fatēdū est. **H**ac

de causa misericordia dei quasdam leges que naturaliter esse note si non per peccata obliterate et quasi delete fuissent. decreuit rursus innovare et innovando cõitati hoim tradere. ut esse inexcusabiles. et ut per eas sine consequente non naturaliter termino sed eternum.

Correlariũ sextum.

Sequitur quod non absurde concedi potest omnia principia iuris naturaliter esse de lege divina proprie dicta. licet diversa ratione. hoc perspicuum erit si attendimus quod admodum omnia principia iuris naturaliter deo revelate ac in bente continetur lex tamen antiqua que nova ad finem beatitudinis eterne. Et aliter de forsan istud suadere possumus. ex hoc quod talia principia indita est notificatio creature rationali per immediatam divinitus lucis irradiationem quod admodum tradiderunt aug. et alii doctores elevati. et olim super hoc fuit articulus parisiensis tempore wilhelmi parisiensis. put legi in bro thoma et bonaventura declarat pulcherrime in itinera-rio mentis in deum. omnes nullum esse dictam recte rationis solidum obligatorium nisi in prima lege et luce stabiliat. Propterea phozomacim et precipui. inter quos floruerunt socrates et ceteri academiici ingenue professi sunt. nihil in rebus mutabilibus se scire. nullam in eis reperire veritatem nullum esse dictam rectam rationis. quod si per hoc omnem a nobis veritatem rectam dicam simpliciter excluderent. et rabant intolerabiliter. quod de tantis inuestigatoribus veritatis sentire nefas est. nisi quanto forsan deum non sicut deum glorificantes. neque gratias agentes. quod quod abscondita eis erant manifestaverat eis. dati erant iam in reprobis sensum et deficiebant scrutantes scrutinia. Sentiebant igitur si bene sentiebant in hac tanta perfessione ignorantie quod solus deus sicut est immobilis ita est veritas stabilis et lex certa et constans in quod videmus quod bona sunt et vera personates in hoc propheta eximio. quod postquam per miserat. multi dicunt quod ostendit nobis bona. Rõdens subitult. Signatum est super nos lumem vultus tui domine. Alienum subinde non est dictum apostoli pluries allegatum quod dicit. in deo nos vivere et moveri et esse. Dis quippe agnitionis veritatis in nobis nonne per quod ad motio est. ut igitur in deo sit oportet profiteri. Et hic esset speculatio gratissima si non ad aliam properaret intentio.

Correlariũ septimũ.

Sequitur ex premissis notanda valde distinctio ad capiendum illud magis et magis quod quod rimus. Aliquod est lex pure divina. aliquod pertinet ad divinam. aliquod impertinet. Nihil hoc novum fingo. distincter itaque in fili doctores ante nos quod veritas aliquod est pure de fide. aliquod solum pertinet ad fidem quod dicitur per de pietate fidei. Aliquod impertinet quod dicitur per apocrypha. Sicut in primo aliquod falsitas est heresis. aliquod sapiens heresim quod dicitur per error. aliquod omnino impertinet. saltim quod ad nos viatores et nostram ductores. In lege pure divina per quadruplex signari gradus. In primo gradu reponuntur leges immediate revelate a deo per totam cõitatem hoim ante principalem per scripturam in bibliam et per scripturam in euangelis a christo latius ad cõsequendum beatitudinem. Et ex statim per quod in plures heretitas. que lex pure divina. propter illud quod predictum est de multis legibus pure iudicialibus antiqua legis. et quia multe veritates sunt que non sunt impatiere ex hinc non obligatiue. In signum autem quod leges iudiciales antiqua legis non esse proprie de iure divino. sic nec deducuntur de directo immediate in finem beatitudinis. christus legislator perfectissimus volens cõdere legem dignissimam et beatitudinam. omnes tales leges ordinantes hoim ad finem humanum et politicum. reliquit ad arbitrium plato et per principium. ita tamen ut spiritus memissent prater eis datam per veritatem. non per veritatem ad edificatores. non destructores. put loquitur apostolus. Ex si per tertio se quod spiritus obnata et dicat leges huiusmodi iudiciales fuisse de iure divino proprie. Rõdeat ergo quod dispensabiles erant. et non solum mutabiles sed mutata. et quod multas earum licebat absque damnationis periculo pertrahere. In secundo gradu reponuntur leges divine que ex predictis solis in per certia evidenti aut saltim revelate et proprie credenda deductunt. Dicit notat ex istis solis et in per certia evidenti aut saltim proprie de fide. quod si necessario coassumeret. propositio alia. que non esse proprie de lege divina aut de fide aut si per sequentia esse evidentes. nec proprie de fide. conclusio non esse proprie de fide. per mox didicenda. Addidi in per certia revelata et proprie credenda. propter determinatos ecclesie rite facta. quod suppono in his que sunt ad salutem necessaria. errare non posse. In tertio gradu reponuntur leges divine immediate a christo tradite. aut ab eis dicto modo deducte. que per successivam relationem apostolorum et aliorum ad nos equivalentes scripture canonice. notificatae sunt. ut forte est ista lex. universalis ecclesia.

De vita spirituali anime

pontifici romano subiecta sit. Non enim
posset euidenter aut p[er]sequentiā pure defi-
de ex legibus primi generis hūana dedu-
ctioe fulciri. q[ui] t[ame]n sit lex pure diuina p[er] q[ui]
nisi sic posset hūana traditioe primar[um] iste
R. cassari. **I**n q[ui]nto gradu sunt leges specia-
liter inspiratez reuelate q[ui]bus dā singulari-
bus p[er]sonis p[er] se aut p[er] paucos ad hoc electi.
Similiter quicquid ex talibus legibus deducere
tur modis p[re]dictis i[n] secundo gradu. de his
legibus notat in decretis. **E**x his ap[er]it in-
tellect[us] qualiter dicta ap[osto]lor[um] et discipulor[um] xpi
sunt alterius autoritatis q[ui] ad aliqd[am] etiaz
pure de fide q[ui] successioz suor[um]. q[ui]m primi
a xpo doctrinā immediate susceperunt. ei[us]
insup[er] facta viderunt et ad eos exp[er]isse dictū ē
Qui vos audit me audit. Et rursus q[ui] di-
co vobis in tenebris p[re]dicare supra tecta.
Iste p[re]terea sunt i[n] euāgelijis posite et a xpo
immediate tradite. **P**etrus fuit ap[osto]lus.
Petr[us] accepit autoritatē ligandi et soluen-
di. **P**etrus edoct[us] est in die penthecostes
a sp[irit]u sc[ri]pto de o[mn]i veritate necessaria ad salu-
tē. **T**ales aut[em] de quocunq[ue] successorū **P**etri
formate nō sic habent a xpo et i[n] scriptura
sacra; p[re]supponunt enī semp[er] ad min[us] istam
q[ui] talis rite succedat **P**etro p[er] electioez aut
aliter. et hoc est hūana traditioe solū agni-
tū. **N**isi forsā q[ui]s diceret q[ui] vniuersalis ec-
clesie autoritas a sp[irit]u sc[ri]pto specialit[er] inspira-
ta/determinauit de quibus dā q[ui] **P**etro i[n] pa-
patu successerunt. vt clemēs siluest[er] et gre-
gori[us] q[ui]suis i[n] eis q[ui] sunt facti nō sit neces-
se eccliam nō posse nō errare. **C**onsequen-
ter deducit quō maior fuit p[ri]mitiue ecclie
autoritas quo ad p[re]dicta q[ui] nūc sit et q[ui] nō
est i[n] potestate pape aut p[re]sulis aut ecclesie
immutare traditōnes datas ab euangeli-
stis et a paulo/sicut quidā delirāt. **N**ec ha-
bent quo ad hoc q[ui]d est facere aliqd[am] eē pu-
re de fide parē autoritatis firmitatē. **U**n-
quantū licet dubitare de iure alicui[us] i[n] pa-
patu v[el] ep[iscop]atu/tantū dē lic[et] suas institutō-
nes i[n] dubiū reuocare. **H**ac materiā tra-
ctat **D**urādus. **E**t hic ap[er]it mod[us] intelligē-
di illud aug. **E**uāgelio nō credere nisi me
autoritas ecclie cōpulsisset. **I**bidē enī ec-
clesiā sumit p[er] p[ri]mitiua cōgregatioe fideli-
um eoz q[ui] xpm viderunt audierunt et sui testes
extiterunt. **D**edare[m] nūc postmodū q[ui]d
sit lex p[ri]ncipalis ad dīnā et q[ui]d i[m]p[er]inēs. **E**t
dicam[us] q[ui] illa lex est p[ri]ncipalis solū/q[ui] licet de-
duci nō possit a veritatib[us] solis leg[is] diuine

deducit t[ame]n ex eis dē coassumptis aliq[ui]b[us] ve-
ris p[ro]babilib[us] q[ui] piet[er] rōnabil[iter] negari non
p[oss]unt. **Q**uia etiā i[n] regulā magistralē. **C**ō-
clusio semp[er] i[n]sequitur debiliorē p[ar]te alicui[us]
p[re]missarum q[ui] necessario coassumit ad sui
illatōem. **A**ut etiā si p[re]sequētia sit in euident[er]
nec p[ro]prie de fide/ōis est vt cōclusio illa si-
gnās talē legē nō dicat p[ro]prie lex diuina. et q[ui]
vel vna p[re]missaz vel p[re]sentia deficiūt a recti-
tudine fidei vel euidentie. **S**ic enī verū est
q[ui] p[ro]positio copulatiua ex vna cōtingente/
d[icitur] tota p[ro]tingēs et ex falsa vel impossibili to-
ta falsa vel impossibilis iudicat. **I**gnorā-
tia autē istius disting[ui]ōis multos p[er]plex[os]
turbat i[n]uoluit. **I**mp[er]inēs lex erit ad
legē pure diuinā que nō plus ex eadē de-
duci p[oss]t q[ui] opposita/ v[er]ū nulla est p[ro]positio
que ita pure sit fidei/ q[ui] ipsa possit cōiun-
gi cum alijs i[m]p[er]inētib[us] ad fidē et ita totū
resultans erit i[m]p[er]inēs fidei. vt ista p[ro]posi-
tio est pure fidei **E**uāgelii ioh[annis] est v[er]ū/
dicēdo t[ame]n sic hoc euāgelii ioh[annis] scriptū a
roberto est v[er]ū/ erit ista p[ro]positio i[m]p[er]inēs
ad fidē sicut est ista quā cōcludit/ robert[us]
scripsit hoc euāgelii. **I**n legib[us] ergo nō
pure diuinis assigno q[ui]tuor grad[us]. **P**rimus
grad[us] cōtinet leges q[ui] licet late fuerit a deo
immediate vel ab autoritatē immedia-
te ab eo. tamen hoc nō constat nisi per hi-
storias aut relationes. q[ui] p[ro]prie nō sunt de
fide q[ui]suis ipse negari neq[ue]ant absq[ue] scādalo/
lo et p[ro]teruia manifesta. **E**xēplū de ista lege.
Electio sancti clemētis spectabat ad **P**e-
trū. **N**ō enī dubitat[ur] q[ui] **P**etr[us] ex quo ita se-
cit habuerit sup[er] hoc autoritatē immedia-
tā a xpo. et q[ui] ita fecerit licet rōnabil[iter] nega-
ri nō p[oss]t. tamē negans ab heresi se defende-
ret. nec vt talis eēt puniend[us] sed b[ea]t[us] vt p[er]
teruus et scādalosus et inciuilis et q[ui]s se
purgasset aut exposuisset/ deberet de here-
si suspect[us] vehementer haberi et tractari.
Sec[un]d[us] grad[us] h[ab]et leges q[ui] nō late sunt im-
mediate a deo. t[ame]n coassumptis aliq[ui]b[us] que
rōnabil[iter] et absq[ue] scādalo negari nō p[oss]unt il-
le inferuntur a legib[us] pure diuinis. **E**xēplū
de ista lege. **E**lectio summi p[ro]t[er]ficis spe-
ctat ad cardinales/ reb[us] stantib[us] i[n] ecclesia
vt stāt[us] et sede vacāte. **E**x ista enī lege pure
diuina q[ui] electio summi p[ro]t[er]ficis sede vacā-
te debz celebrari. **C**oassumpta ista q[ui] rōna-
bil[iter] negari non p[oss]t. p[er] nūc/ q[ui] ecclia cōmisit
hāc p[ro]t[er]tē cardinalib[us]. seq[ui]tur lex p[re]dicta. t[ame]n
denegāte istā diceret sicut pus. **I**n t[er]tio

gradu sunt leges q̄ ad sui deductiōem per
 leges dīnas requirunt p̄positiōes dubias/ q̄
 tñ plus incitāt et edificāt ad deuotiōem et re
 ligiōē q̄s oppositē/ aut quas tūc est cō
 cedere q̄s negare. Exēpla multaz quōtidia
 na sunt in canonib⁹ summōz pontificū et
 decretalib⁹. Illi quippe canōnes aut ep̄le
 decretales inītiuntur legib⁹ dīnis utpote ta
 lib⁹ vniuersalib⁹. Quī vos audit me au
 dit. Obedire p̄positis vestris q̄ dicūt faci
 te et similib⁹. Sed subsumendo p̄ minori
 p̄positiōe aut in consequētia coassumūtur
 sepius p̄positiōes q̄ nō sunt de lege diuīa/
 aut q̄ dubie sunt aut non p̄orsus certe q̄
 p̄ficiūt obseruātib⁹. tñ in multis tūc est
 eas cōcedere nec p̄tinaciter ip̄ugnare. Exē
 pli de istis q̄dragesimalē ieiuniū obfua
 dū est. excoīcatōes timēde sunt et siles. In
 hoc gradu reponuntur constitutiōes multe
 prelatoz et canonisatiōes sanctoz. qm̄ fa
 ciūt ad pietatē fidei coalescendā nec eidez
 sunt aduerse. Postrem⁹ grad⁹ cōtinet le
 ges q̄ ex legib⁹ dīnis nō plus deduci p̄nt.
 aut min⁹ q̄s oppositē. Exēplū istius/ tallie
 magne et tributa p̄cedēde sunt huic p̄ci
 pi et similes. Et. Silem distinctiōem de
 lege pure naturali et de lege p̄tinentē solū
 ad naturalē. aut imprinēte/ concipe p̄t q̄li
 bet vel mediocriter instruct⁹. Et. Brās deo
 qui fundamēta solidaz decētia dedit nos
 iacere/ ad id edificandū vtilius qd̄ sup̄est.
 qui p̄te rea de tenebraz quodā inuolucro
 lucē haz descriptionū et distinctiōnū fecit
 splēdescere ad intueđū limpidi⁹ securata.

Incipit III. lectio.

Pergerē festinabam⁹ ad m̄dendūz
 p̄ queſito p̄cipali p̄ vnicā conclu
 ſionē post has terminoz elucida
 tōes. S; reclamauit vestigiaq; retroſit af
 finis valde materia ei quā tractauim⁹. Eā
 quippe inſequitur ſigam⁹ ſic pedē post pe
 dē. Hec materia est/ qd̄ ſit ius et quāplex ē.
 et qd̄ diuinū vel euangelicū vel naturalē v
 hūanū. S; de policia. Querētes itaq; qd̄
 qd̄ plati p̄nt et p̄cipēs. conſeāns est iſta
 nō nescire. Expediem⁹ autē sub cōpen
 dio et dicem⁹. Ius est facultas seu p̄tās
 p̄p̄inqua cōueniēs alicui ſcōm dictamē re
 cre rōis. Ita q̄ tora et finalis reſolutio ma
 terie noſtre ad dictamē recte rōis terminat.
 Recta rō et dictamē ſuū est p̄rio et originali
 ter et eſſentialit̄ in deo. et an ſit idē oīno qd̄

volūtas ei⁹ remitto ad difficultatē de for
 malitatib⁹. et ad braguardinū in ſumma
 conſtat q̄ in p̄axib⁹ moralib⁹ recta rō nō
 eſt p̄rio volūtatē. vt nō ideo de⁹ vult dare
 leges ſuas creature rōnali qz p̄us recta rō
 ſua iudicet hoc eē ſiendū. ſ; ecōtra potius
 Uideſ igit̄ poſitio eſſe mag⁹ catholica et
 expedita ſi dicam⁹ neutri⁹ p̄ri⁹ eē altero in
 deo. ſicut i ſili nō ideo qz ſic eſt in re extra
 q̄ ſortes ambulabit de⁹ ſic iudicat. nec p̄
 p̄rie ecōtra/ ſed correlatiua ſunt et cōcomi
 tātur quodā mō ſeſe inferētia. ita in p̄poſi
 to et multis ſilib⁹. Recta rō conſeānter et p̄
 ticipatiue ſolū cōuenit rōnalib⁹ creature.
 P̄oſit in deſcriptiōe facultas ſeu p̄tās. q̄
 nā conueniūt ſm̄ dictamē recte rōis aliq̄
 bus. q̄ nō dicunt iura eoz. vt pena dāna
 torū vt punitōes viatoz. Non enī dicim⁹
 aliq̄ ius habere ad ei⁹ nocumē tū. tñ nō
 eſt penit⁹ alienū a ſcriptura ſacra. q̄ ea di
 cant iura q̄ diuīa p̄uidētia ſapiēter or
 dinat. ſicut p̄rio regū dicit̄. q̄ hoc erit ius
 regis. et. Et demones dicim⁹ habere ius
 ad punitōes dānatoz. P̄oſit p̄p̄inqua
 qm̄ mlta p̄nt alicui p̄petere ſcōz dictamē
 recte rōis. que ſcōz idē dictamē ei de facto
 nequaq; cōueniūt/ vt ex̄tis actualit̄ in pec
 cato mortali habz facultatē ſeu p̄tātē me
 rendiuitā eternā. nō tñ p̄p̄inqua vlt̄ vt dici
 ſolet nō ſcōm p̄ntē iuſticiā. Uideſ autē
 hoc nomē facultas dictū a ſas cōgruenti⁹
 eſſe hoc noīe p̄tās/ vt hic loco generis ſta
 tuat̄. et hec p̄tās ſeu facultas aliter titulus
 iuris vocaret̄. Deinde ſicut dicta rō p̄ti
 cipatiue in creature rōnalib⁹/ diuidi ſolz
 a doctorib⁹ in portione ſup̄iore et inferio
 re/ ſic ſunt ei⁹ dictamē mlta p̄cipia. quedā
 ſunt circavniuerſalia p̄cipia que app̄hē
 ſis cognitiōis q̄s termis/ mor nō cognofci nō
 p̄nt/ nec p̄t eis rō diſſentire. Et iā vbi ſcōz
 opinionē p̄babilē aliq̄z poſſz ad temp⁹.
 ſuū aſſenſum ſuſpēdere. Alia ſunt dicta
 mina circa cōcluſiōes ex eiſdē p̄cipijs
 deducibiles. Ex p̄rio officio noīat̄ ip̄a rō
 ſyndereſ q̄ ſemp̄ virgo hoc eſt inuiolata p̄
 ſeuerat̄. Rurſus ip̄a rō p̄t inuari lumine
 ſup̄iori/ et ſup̄naturali irradiatiōe/ ad aliq̄
 p̄actice cognofcenda/ ſup̄ra cōmunē cur
 ſum creature rōnalib⁹. vtputa hoīb⁹ p̄ſti
 tutū/ vel modo non vſitato naturalit̄. hoc
 modo noīari p̄t ip̄a rō dīna/ dū diuine re
 uelatiōi p̄ncipalit̄ innita cognofcit. Di
 cam⁹ igit̄ q̄ om̄e ens poſitū q̄ntum hz de

De vita spirituali anime

entitate et ex consequenti de bonitate / tantum de habere de iure sic generaliter diffinito. In hunc modum celum ius habet ad influendum sol ad illuminandum, ignis ad calefaciendum, irundo ad nidificandum, imo et quilibet creatura in omni eo quod bene agere naturali per facultate. Cuius ratio perspicua est, quoniam omnia talia conveniunt eis secundum dictam recte rationis divine. Alioquin nunquam persisteret. Sic homo etiam per totum ius habet ad multa sicut et alie creature naturis suis derelictis. At vero ius tale quodvis ita septima metaphisicis capiat et ad evitandum equocationem illud sic aperire conveniat. **C**ontractio tamen est eius acceptio apud politisantes ut ius dicat solum de illis que competunt creaturis rationalibus et virtutis ratione. Preterea ratio quilibet sicut est munus divinum descendens a patre lumine, ita per divini divina. Propterea non absurde concedi possit nihil alicui competere nisi iure divino, quemadmodum nulla est facultas aut potestas per iniqua conveniens alicui absque dictamine recto divine rationis. Nihilominus iterum sumit ius divinum limitatum ad ea que vel ex revelatione vel modo revelandi per miraculum supra communem nature cursum immediate per deum ratione recta creata cognoscitur. Notetur id quod diximus ex revelatione vel modo revelandi, quoniam nulla est veritas ita naturaliter cognita, quin in superiori lumine superius divinitus possit agnoscitur. Hoc liquide constat in decem preceptis iuris divini, que simul sunt naturalis iuris principia / put in superioribus iam habitum. **H**uc superest ostendere qualiter ex iure sic descripto multiplices saltem secundum rationem originis policie / et multiplices iurisdictiones et diverse designationes, regna vel impia / quorum nomina et si frequenter usus habeat etiam preterea satis concipiantur a multis qualis in hoc vel in illo sit policia, iurisdictionis vel designatio, verumtamen hec generali descriptione non ita cognoscuntur, sed solis exemplis queruntur fieri perspicua. docet hoc initium decretorum. Quamobrem studium in re quam tractamus / ipsam de nodis verborum resolvere, atque de tenebris nubilosa / rursus variatam, latentem elucidare veritatem, non quidem alia dicitur quam alij, quod forte aliter nec mediocriter hoc potest, put nec statim facile est datis hoc modo principijs generalibus descriptiones elicere / atque ordine cathenato connectere, propositiones subsequentes, quoniam multas et propria facie videtur conceptibiles conclusiones, quando posset aliter geometer vel

arithmeticus in luce perdere / et ad eis assentiendum commovere. **E**st itaque policia que quedam divina, quedam naturalis, quedam humana. Et sicut iurisdictionum / alia divina / alia naturalis, alia humana. Sic de dominio. Aliud est dominium naturale aliud humanum. **P**olicia divina vel scripta loquendo ecclesiastica proprie dicta / est civitas vivens sub iure pure divino vel secundum id regulata. Sub hac descriptione generalitate comprehendere policia beatorum. Ipsi enim iure divino cuius summa lex est caritas / regulantur. Sic appellatur nova hierusalem civitas sancta regnum eternum / imo sic forte diceret beatissima trinitas esse policia. At apud politicos restringitur ius ad ius practicum obligatorium seu coercitivum / qualiter negare videtur apostolus iusto esse legem positam. Amplius vero etiam in damnatorum horrenda confusione, regnet ius divine severitatis etiam sub hoc respectu diceret illic esse policia sub iure divino, quia tamen damnati non habent facultatem regulatam ad illas penas inflictas / nec per eas se regulant, ipsi omnino negantur habere divinam policiam, habent potius divisionem sempiternam. Porro non minus dicerem policiam quandam esse naturalem inter animalia aut res que libet, si ius generaliter est acceptum. Vel etiam inter tyrannos quos regnare permittit deus propter peccata populorum in interitum sui. **S**ed loquamur deinceps de policijs creaturarum rationalium, non quarumlibet sed hominum, non omnium sed vivorum. **P**olicia ecclesiastica est civitas secundum leges pure divinas obligatas vel silentes aut moventes principaliter regulata. Dicitur principaliter / quoniam etiam quedam sint decreta et statuta spiritualia secundum regulam / illa vel innituntur immediate legibus pure divinis, vel minus principaliter intendunt. Sub hac policia iuris debet esse vivator quilibet, et de facto sub ea sunt omnes christiani tam laici quam clerici. **N**ihilominus ut equocatione non fallamur rememoranda est distinctio de eis que spiritualia proprie dicuntur que solum attributive, quemadmodum sunt beneficiorum ecclesiasticorum redditus et similia certe carnalia ac temporalia, nisi que spiritualibus subseruiunt eis que dicata sunt. Nec autem ad invicem, annexa spiritualitatis,urbationes plures que scribi poterunt traduntur in ecclesia. **P**olicia naturalis est civitas secundum leges pure naturales principaliter regulata. **P**olicia humana est civitas secundum leges pure civiles vel humanas principaliter regu-

lata. Dicit vtrobiq; principaliter eadē de causa qua prius. Non autē iudicamus hic difficultatē esse an aliq; sit potestas solū naturalis interviatorēs. aut solū diuina/ aut aliqua dūtaxat hūana/ sic q; vna neq; q; alterius p̄cipatōem assumat/ satis est nobis distinxisse ratōes. et vt a p̄dñantib; in potestate legib; denotatio capiat. **Cō-**for: miter ad hec habz viā vnusquisq; expe ditam a veprib; ambiguitatū. p̄gererteri us ad describendū iurisdictiones vtrasq;. Nam cū iurisdicō nō aliquid sua inter pretatōe significet/ q; iurisdictionē hoc est potestātē iuris. vnusquisq; tantundē ha/ bebūt et taliter de iurisdictionē ad aliquid. q; tum habet et qualr de iure ad illō/ si non cōtraxerimus more loquendi politicozū/ iurisdictionē ad p̄tātē nō qualēlibet s; co erciā/ que scilz in altez vel tanq; in altez pōt exerceri. etiā in iurid. Doc itaq; facien tes fecernem? p̄tātē ordinis a potestate iurisdictionis. Dabeat licet simplex sacer dos potestātē ex iure diuino ad ea q; sunt sacramēta et alia plurima/ que potestas est vtriq; potestas seu iurisdicō magna. nul/ lus tamē ei ad talia iurisdictionē dicit eē vsus alioq; absq; iurisdictionē eēt nemozē. **Erit** igit iurisdicō ecclīastica. p̄tās coery cūa scōz ius diuinū politicozū. **Iurisdicō** naturalis scōm naturale. **Et** iurisdicō humana illa erit q; humano iure collata ē. **Postremo** par erit dominioz distin/ cō. euāgelici naturalis humani vel ciuil'. **Dominū** euāgelicū est potestas pro pinqua assumēdi res alias vel vt alias in sui facultatē vel vsū scōm regulas iuris diuini proprie dicit. **Dominū** natura/ le est potestas p̄pinqua assumēdi res alias vel vt alias in sui facultatē vel vsū scōm regulas iuris naturalis. **Dominū** huma nū est potestas p̄pinq; assumēdi res ali/ as aut tanq; alias i sui facultatē aut vsū scōm regulas politicas et ciuiles iuris hu mani. **Conseq̄nter** videre facile est qn̄ et q̄liter iura ista et iurisdictiones in eadē p̄so na h̄currūt q; q; diuersis respectib;. **Ex** his etiā patet dissolutio illi? difficultat; q; multos turbat/ an iniust? possit iuste do/ minari/ et an ex quocūq; peccato mortali perdat̄ cōtinuo dominū. **Similr** quō apōd religiosos/ et quō nō/ manet domini/ um supra res cōmunes. **Nihilominus** quia nōnulli materiā hanc tractātes/ no/ minati dñs Armacan? accipe vident? do/

miniū diuinū vel euāgelicū et etiam natu rale constrictius q; supra scripsim?. Nos ad intellectū sue positōis et elucidatōz cla riorē premissoz/ nozem? q; sicut nō est po testas nisi a deo/ dicēte apostolo Sic po/ testas quelibet dicitur donū dei. deus ve/ ro in donis suis donare se dicit creaturis. Ita loq̄tur apostol? q; spūscūs datur vni cuiq; diuidēs singulis prout vult. **Nec** at liberalis et dignatiua donatio dei/ quo pa cto cōcipi p̄t/ absq; iure et dominij alicu/ ius collatōne apud creaturā cui donatur quoniā recta ratio dicit vt illud sit debi/ tum et suū creature. quod deus eidē cōfer/ re voluerit. **His** p̄suppositis aduertā mus deinceps deum se donare creaturis multipliciter/ nominatū quadrupliciter/ scilz pro statu nature institute. destitute. restitute. et gloriificate. **Primo** modo dat se in donis nature integre/ in eis p̄tē rea que naturā illā vt talis est cōsequunt. quē ad modū est originalis iusticie donuz in homine. scōm op̄inōnē bene p̄babilē. **Non** enim videt̄ bene possibile q; natura humana integra sit a iusticia originali q; dicit̄ integritas et obediētia anime viriuz inferiorū ad superiores destituta. **Et** ita ti/ tul? dominij naturalis fundamentū habz in hac originali iusticia. siue illa dicat̄ do nū aliquod gratuitū sup additū nature. si ue sit natura ipsa cōnotādo rectitudinē q; dicta est. **Erit** igit naturale dominū do nū dei quo creatura ius habet imēdiatē a deo assumere res alias inferiores i sui vsuz et cōseruatōem. plurib; cōpetens ex equo et inabdicabile seruata originali iusticia/ seu integritate naturali. **Doc** modo habu it adā dominū sup volucres celi et pisces maris/ et ad comedendum de omni ligno quod erat in paradiso secluso ligno scien/ tie boni et mali. hinc appellata est p̄tās he reditas sua. **Ex** quib; mox inferē q; do miniū originale nō erat necessario in cari tate fundatū. **Ad** hoc dominū spectare p̄t dominū libertatis. q; est facultas q; daz libere resultans ex dono dei liberaliter se donāte ad agendū vel nō agendū cū ania rōnali in p̄ductiōe suoz actū elicitoz vt eozum suspēsiōne ad finē beatissime frui tionis obrinendū. **Et** hoc dominū tāto liberi? est et latius/ quanto min? p̄t in ma lum. et quāto p̄ bonos habit? est ad bonū vel bono stabilitum. **Secūdo** mō dicit̄ mus deū donare se creature rationali pro

De vita spirituali anime.

statu nature corrupte in donis quibusdam seu naturalibus seu gratuitis. non tamen gratum facientibus / et in eis que inde sequuntur. Cum enim natura nunquam sit ita destituta / quin ea permanente de se det eidez plus aut minus. Nullus erat ita peccator quin habeat aliquod dominium quod dici poterat naturale vel gratuitum gratis datum. habet saltem dominium libertatis in actu vel habitu. Hanc vero gratiaz diuerse sunt species sicut diuersimode deitas sese committat. et immutabilez se reddit / nunc secundum potentiam / nunc secundum gloriam / nunc secundum sapientiam / nunc secundum opulentiam et ita omnis erit dicere / quod in dono tali quolibet tamquam in titulo fundari poterit dominium absque hoc quod sic dominus habeat caritatem. Nec potest illud dominium nisi pendendo suum in quo fundatum est donum. Exempli gratia pre-supposito peccato et violentiis inde sequentibus / necesse fuit alios alijz preferri / ut homines quiete uiuerent. et suum unicuique ius tribueret. quod fieri non potuit si non arceret improbitas malignorum. Donauit igitur deus aliquibus preteritatem hanc super alios regitiaz atque coartiaz seu per se immediate / seu per medium aliorum. sub aliquo signo cognoscibili quod est electio. aut quod est hereditaria successio. aut quod est voluntaria ad eum subiectio / aut quale est quicquid prudentia magna. potentiaque civilis super alios idiotas. aut quod est habitudo paternitatis ad filium / et uiri ad uxorem. sapientis ad stultum et similia. Propterea manifestum est quod absque caritate potest tale dominium retineri. quoniam non in ea / sed in alio dono fundatur est suus titulus / nec penditur homini dominium nisi pendito dono seu titulo quod ipse sustentabat fundabatque. Erat igitur dominium tale gratis datum / ius seu facultas in alterum consequens seu resultans ex dono aliquo naturali vel gratuito gratis dato. Isto modo sunt apud infideles et peccatores iustissima dominia dominorum ad seruos / patrum ad filios. uirorum ad uxores. et omnium generaliter ad suas hereditates et civiles possessiones secundum leges humanitas institutas. Unde civile dominium seu politicum quod de illo uisitatio est sermo / sic describitur / quod est dominium occasione peccati introductum / non competens pluribus ex equo. retribubile et abdicabile seruata vel non seruata caritate. Abdicat autem uendendo. donando. negligendo. permutando. Deinde tertio modo dat se deus in dono caritatis seu gratie gra-

tum facientis / que propria et uera dicitur donatio. quoniam fit per eam adoptio filialis / ius prebens hereditarium ad omnia bona dei possidenda quemadmodum dicit apostolus pluries. Omnia nostra esse. omnia nobis data esse abunde ad fruendum quod propterea nobis habentes et omnia possidentes. etsi nihil haberes et omnia possides. et si pro filio suo inquit non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. quod non etiam nobis omnia cum ipso donauit. et rursus si filius et heredes / heredes quidem dei coheredes aut christi. Describit autem istud dominium quod appellatur a multis euangelicum / quod est dominium immediate a deo institutum / copatiens secum ex equo quolibet dominos / et in abdicabile seruata caritate. Transfert uero multotiens sacra scriptura sub tropis metaphoricis dominium civile cum suis attributis ad hoc dominium caritatis dum noiat illi euentiones esse / et emptiones / et donaciones / et commutationes spirituales cum deo / quasi uidelicet numismata legitimum sit caritas datus precium actibus nostris / per quos ex dignissima seu dignatissima commutatione dei / mercamur cum eodem de regno celorum / cum fenore multo. Et quod omnia que damus eidem sunt de suo et suscepimus ea de manu sua. et ita dare proprie nequam quod pro quo. Nihilominus ipse totum desiderabiliter acceptat bona nostra ex ualore homini numismatis tanquam nostra essent approbare / et non sua. Reddit quod absque ulla commutatione civili / sed commutatione gratuita uinum commutationis. lac de uero foris. immo et seipsum / et regnum celorum. ita ut ibi sit longe secundior commutatio quam in civilibus. quoniam illud quod uendit apostolus et multipliciter de possessione uendit quod si retineret. imo quanto plus commutatio datur / tanto perfectior et cumulatior possidet. Hoc dominium tamen est latitudinis et immensitatis. ut prospera omnia et aduersa sint in eius ditione. quoniam diligentibus deus omnia cooperantur in bonum. Tamen insuper stabilitatis ut tolli nequeat ab iusto. Tamen deinde puritatis ut nihil criminaliter commingatur sterque eo quod lex eius lex immaculata est / uertens aias. Perdes autem homini dominium / sit penditor et reus male iustarum. et infamis coram deo et angelis eius. et in tota curia beatorum. quod non ita secundum leges civiles ut iudicet necesse est. Postremo sunt alie donaciones dei non ita ad preteritum propositum sed per statum nature glorificatez confirmate. secundum diuersos excellendi modos. ut de se dedit humilitati christi per uisionem prostaticam et plenitudinem in omni gratia tanquam capiti in membra influenti

ali anime.

quicquid habuit vite spūalis. 7 tanq̄ impe-
 ratori omnia iudicari 7 regeri. Dedit insu-
 p̄ virgini b̄tē autoritatē mat̄nalē vt dicat
 habere ius mat̄nale in deū p̄ cōicōdem
 idiomaticū q̄si deus sit subdit⁹ ei sicut fili⁹
 matri. Nec dubiū est quin multe conditō-
 nes preclarez potestatiue cōseq̄nt ad has
 donatōes mirabiles supra ceteras creatu-
 ras. q̄s omnes nequaq̄ cognoscim⁹ etiaz
 longevtra ceteros beatos. quoz tamē in
 corpe glōrificato 7 ania āmirabiles dotes
 erunt. 7 stupende pt̄ates vt q̄ agilitati cor-
 porū nihil resistet. nihil obstat q̄ eoꝝ vi-
 sum latebit. q̄ erūt quasi specula 7 libri lu-
 cidissimarū inscriptionū libere sese p̄ntā-
 tes. 7 similia. **A**dvertitis existimo quo-
 niā mod⁹ iste elucidandi naturā atq̄ disti-
 ctiōez dominioꝝ. reducit se tandē ad divi-
 nā voluntatē liberalissima dignatiōe do-
 nante seyario modo creaturis. Alter vero
 mod⁹ ad dictamē practicū recterōis divi-
 ne sese resolvebat. sed in eādē p̄sus cadūt
 sententiā. **H**ūc ex p̄cedētib⁹ aliq̄ conclu-
 damus. **E**t p̄rio q̄ diffinitio ista iusti-
 cie. Iusticia est p̄petua 7 constās volūtas
 ius suū vnicuiq̄z tribuēs. cōperit p̄cipa-
 liter iusticie diuine in ordine ad suas crea-
 turas. de n̄mpe sol⁹ est q̄ volūtatē perpe-
 tua 7 cōstanti dat vnicuiq̄z qd̄ suū est. suū
 inq̄ nō ex debito rigoris. sed ex liberali-
 sima 7 dignatissima condescensione aut do-
 natōe creatoris. Rursus qz oīa propter se
 ipm̄ opatus est d̄ns. ipse oīm habz solus
 plenariū dominiiū 7 essentiale. **D**ū ergo
 querit̄ radix diuini dominij suusq̄z titul⁹
 facilliter inueniet̄ in dictamine rectissimo
 suerōis 7 beneplacito volūtat̄is. sed 7 fon-
 tale principii cuiuslibet dominij ap̄d pa-
 trē repit̄. quanq̄z filio 7 spūis crō collatū sit
 idē penitus cū patre 7 a patre p̄ emanatō-
 nes internas tā ex dictamine recte ratōis
 sue q̄z ex beneplacito sue volūtat̄is. **H**or-
 ro si nomē iusticie trāsferre placeat ad ius-
 ticias p̄cipatas in creatur⁹. essent iuxta
 varietatem creaturaz 7 donoꝝ diuerse de-
 scriptiōes iusticie. considerādo q̄ iusticia
 sit quodāmodo actus a iure habitu vel tā
 q̄ habitu pueniens. Aut forte cōuenien-
 tius est trāsferre q̄ iusticia sit habit⁹ vel
 tanq̄ habit⁹ cōformis diuine iustie eius-
 demq̄ imitatiū p̄ participatōnem. et ius
 actus sit vel vsus vel effectus talis iusticie.
Isto modo dicerem⁹ aliaz esse iusticiā ori-

ginalē. Aliā gratuitā non gratificantē. q̄
 in mēbra plura secernit maxime in ciuile
 iusticiā. et politicā. tam canonicā q̄ lega-
 lem. Altera deinde est iusticia gratie gra-
 tum faciētis. Altera postremo glorie bea-
 tificātis. **I**staz iusticiaz quippe quelibz
 est habit⁹. vl̄ quasi habit⁹. quo reddid̄ huic
 vel illi qd̄ suū est. put̄ exigit talis iusticia/
 p̄tendēdo etiā nomē iusticie ad naturaz
 ipam vt a deo iuxta liberalitate donatam.
Et ceterū dimissa interi p̄tractione de
 iusticia et dominio. 7 iure. p̄ statu nature
 integre. silt̄ p̄ statu nature glōificate. loqua-
 mur aliqd̄ de statu nature lapsē 7 de statu
 nature p̄ caritatē reparate hic in via. ostē-
 dentes quantū interfit inter sua dominia
 7 presertim inter illa q̄ vsitatus inter docto-
 res ventilant. **E**t iam descripsim⁹ domi-
 niū ciuile seu politicū. Similr̄ dominiiū
 caritatis qd̄ antonomatice euangelicum
 quidā appellat̄. **E**x quoꝝ descriptioni-
 bus tres differētias elicim⁹ iter dominiiū
 ciuile 7 euangelicū hoc mō sumptū. **A**z
 quoniā aliter nō nunq̄s accipit̄ vt patuit
 prius cū ipm̄ describebat esse pt̄as propi-
 qua assumēdi res alias in sui facultatē vel
 vsū fm̄ regulas 7 leges iuris proprie di-
 uini. **D**oceni mō puenit plurimū cū ciuili.
 nec est in solo caritatis titulo stabilituz
 vt dicet̄. **I**taq̄ dominiiū ciuile institutum
 est occasiōe peccati originalis 7 alioꝝ in-
 de cōseq̄ntiū. quibz nō extatib⁹ dominiiū
 tale defuisset. **D**ominiiū vero caritatis nō
 presupponit peccatū. sed est immediate a
 deo deriuatū sicut ipa caritas. **C**iuile autē
 magis hūana adinuentiōe 7 utilitatis pu-
 blice respectu statutū est. **A**mirū propte-
 rea. si radicē infectā habēs illi⁹ saporē cō-
 trahit. 7 si vix exerceat̄ teneat̄ absq̄ cōtami-
 natōe p̄ aliquod delictorū. **R**adix vero do-
 minij euāgelici est caritas. que patiens est
 benigna est. **S**edam differētiā inue-
 nim⁹ qm̄ dominiiū caritatis. qz nō querit
 q̄ sua sunt. p̄t̄ ex equo cōpetere quolibet
